Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuus semper et implebit splendoribus animam tuam.
et ossa tua liberabit: et eris quasi ortus irrigu
us: et sicut fons aquarum cuius non deficient aque.
et edificabuntur in te deserta seculorum: Funda
menta generacionis et generacionis suscitabis.
et vocaberis edificator sepium: avertens semitas
in quiete. Si averteris a sabbato pedem tuum face
re voluntatem tuam in die sancto meo: et vocaveris
sabbatum delicatum et sanctum domini gloriosum et glorifica
veris eum dum non facis vias tuas et non invenietur
voluntas tua ut loquaris sermonem: tunc delec
taberis super domino et sustollam te super altitudinem
terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os
I n. i. t. Cum Secundum Matheum enim domini locutum est
sero esset factum: erat navis in medio mari. et
iesus solus in terra. Et videns eos laborantes
in remigando: erat enim ventus contrarius eis.
et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos
ambulans super mare: et volebat preterire eos.
At illi viderunt eum ambulantem super mare.
putaverunt fantasma esse et exclamaverunt.
Omnes enim eum viderunt: et conturbati sunt. Et
statim locutus est cum eis: et dixit illis. Confi
dite ego sum: nolite timere. Et ascendit ad il
los in navim: et cessavit ventus. Et plus ma
gis inter se stupebant. Non enim intellexerunt
de panibus: erat enim cor illorum obcecatum. Et cum
transfretassent: pervenerunt in terram genasareth
et applicuerunt. Cumque egressi essent de navi:
continuo cognoverunt eum. Et percurrentes uni
versam regionem illam: ceperunt in grabatis